Rondeo hanc ee raoem, qm fulg. vult eo loco ostendere Deum ad malam culpæ o pdestinare, qa illud nec vult, nec facit; pdestinare autem ad graam, justificaoem glorificaoem . . . . . ad ipsam pœnam justè retribuendam, qa oia ista fecit et ordinavit, vt fierent, qa erat facturus; stu Aug. et post eum prosper et fulg. quo docent eum pdestinare, qdcumq; facturus erat, ea verò duntaxat præscire, quæ o erat facturus, npe peccatum; quomodo autem illigat fulg. hoes ad gloriam gratis pdestinari supra exposuimus, vnum monemus ex eo qd pdestinet Deus ad gloriam et ad pœnam, facturus o sequitr o prævideri merita rn gloriæ, aut demerita rn pœnæ decernenda.

obji. ex Aug. ideo vocantr electi per pdestinaoem a massa perditionis, simpler discreti illi verò soli a massa perditionis st qui ad gloriam et regnum st electi; sic enim scribit lib. de correp. et graa c. 7.º quicumq;

ab illa originali damnaõe ista diæ graæ largitate st discreti, o e dubium qd et eis procuratr audiendum euangelicum, cum audiunt, credunt, et in fide, quæ per dilectionem operatr, usque in finem perseuerent; et paulo post; electi autem st ad regnandum cum christo. ergo prior e electio ad gloriam, qm pdestinaõ ad graam, et consequenter, qm præuideantr merita.

vt illigatr hic locus Aug. sane per difficilis sciendum e Augustinum hic agere de actuali perseuerantia in finem, qm statim ab initio hujus capitis 1i dicit ee donum Dei, qa precamur, vt in bono perseueremus; nemo autem perseuerat, ait Aug. nisi, qui a massa perditionis discernuntr, seipsum autem nemo discernit aut liberat: sed sola graæ s. e. quicumq; autem diæ graæ largitate discreti st, usq; in finem perseuerant, o enim sic st vocati, vt o eent electi ppter qd dictum est multi st vocati, pauci verò electi, sed qa sedum propositum vocati st, profecto st electi per electioem graæ, o meritorum suorum, qa graæ illis o e meritum; cum go audiuimus, quos pdestinauit, hos et vocauit, sedum ppositum vocatos debemus agnoscere, quoniam inde cæpit, npe Aplus dicens, oia cooperantr in bonum his, qui sedum propositum st vocati, propositum autem o suum, sed Dei; qui enim pdestinati et præsciti, horum quisqm petit, fallitr, sed nemo eorum petit, qa o

fallitr Deus; si quis qm perit vitio hua, vincitr Deus, sed nemo eorum perit, qa nulla res vincitr Deus; electi autem st ad regnandum cum christo, o quomodo electus e judas ad opus, cui congruebat, qui verò o st perseueraturi, ac sic a fide christiana et a conuersione lapsuri st, vt tales eos vitæ hujus finis intendat; nec illo tempore, quo benè viuunt in isto numero computati, o enim st a massa perditionis præsciæ Dei ac pdestinaoe discreti, et ideo nec scdum propositum vocati ac per hoc electi; sed in eis, de quib dictum e, multi vocati, sed o eis de dictum e pauci verò electi; et tr quis neget eos electos, cum credunt et baptisantr, et scdum Deum viuunt, planè dnr electi a nescientib qd st facturi, o ab illo, qui eos nouit non hre præsciam, quæ ad vitam beatam perducit, electos scit eos ita stare, vt præsciat ee casuros; pergit Aug. c. 8o hic si a me quæratr, cur Deus illis præsciam o dederit, quib eam qua christiane viuerent, dilectionem dedit, me ignorare rondeo; audio dicentem Aplum, ò hoo, tu quis es, qui rdeas Deo, o altitudo diuitiarum, sapiæ et sciæ, qm incomprehensibiliæ st judiciæ ejus et inuestigabiles viæ ejus: hactenus Aug. et tota ferè doctrina qm de pdestinaoe tradidit: hac autem præsuppositâ Aug. docet.

Rondeo ad objec. nihil aliud velle 329
s.tum Aug., qm eos electos ee ad regnandum
cum christo pseueraturi st in bono usq;
in finem, et sedum propositum Dei vocati
st ad consummationem meritorum
pseuerantiam, de qua agit Aug. electio
verò ad gloriam in praescia et pdestinaoe
Dei praesupponit ad praeuisionem meritorum
pseuerantia finali consummatorum, o
docet Aug., imo contrarium, cum ait
electos ad regnandum cum christo, o
quomodo electus e judas ad opus cui
congruebat, et cum eos, qui o st
pseueraturi, o ee discretos a massa
perditionis, nec sedum propositum vocatos
ac per hoc nec electos, quasi diceret
o a massa perditionis discerni eos,
qui sedum propositum vocati, sed o
electi a nescientib, qd futuri sint,
electos dicit; o verò ab illo, qui eos
nouit o hre pseuerantiam, quasi
diceret id circo electos eos, qa st pseueraturi,
pseueraturos, qa sedum ppositum vocati;
1.° ad pseuerantiam, nec vt volunt
aduersarii vocatos sedum ppositum illigit
Aug. electos ad gloriam, sed potius
vocatos sedum Dei propositum ad ipsam
pseuerantiam, ex cujus pseuerantiae ac
proinde meritorum ex graa profectorum
praescia ~~illigit~~ eligit ad gloriam, asseritq;

eos, qui o st pseueraturi sedum propositum Dei, qd falli et vinci o pt vitio huao, o ee ad pseuerantiam finalem, nec consequenter ad gloriam electos; unde jam vicit ppuum aduersariorum argtum, ex eo qd o oes vocati, st electi, sed potius electi st vocati existimant electionem ad gloriam praesupponi graae praeparaoi, qua utiq; vocantr reprobi, sicut et electi, si enim disquerent vocaoem sedum propositum Dei ad graam efficaciter pducentem ad vitam a vocaoe simplici o ita argmentarentr scirentq; oes sedum propositum vocatos ad graam, quae efficaciter pducit aeternam, quae sola graa pprie e effus pdestinaois, scirent inquam oes sedum propositum sic vocatos ee ad gloriam electos, et oes, qui ad gloriam electi, ee vocatos sedum propositum Dei, praesupponi ad electionem ipsam ad gloriam, quae fit ex praescia pseuerantiae finalis, ad qm aliqui prae aliis discreti a massa perditionis, dia graae largitate sedum propositum st vocati.

Obji. ex S.to Aug. lib. de correp. c. 8.o donum pseuerantiae datr electis, qa electi st ad gloriam; sic enim scribit, nec nos mouet, qd filiis suis quib dam Deus o dat pseuerantiam, absit enim ut ita eet, si de illis pdestinatis eent et sedum propositum vocatis, qui st filii promissionis, ex nobis enim

exierunt, qa ō erant ex nobis; et lib. de
bono pseuerantiæ c. 7°, item repetit additq;
cur hic pseueret, et alter ō pseueret, —
inscrutabilia ee Dei judicia, et tn eos, —
qui ō pseuerent, exisse a nobis, qa ex
nobis ō erant. ō fuisse autem ex nobis,
qa ō erant scdum ppositum vocati, ō —
erant in christo electi ante mundi —
constitutionem, ō erant in eo sorten
consecuti, ō erant pdestinati scdum
ejus ppositum.

Rondeo hic ttum docere stur Aug.
qd Deus dat donum pseuerantiæ, his
quib ab æterno decreuit illud dare, vt
vt patebit legenti c. 7um lib. de bono
pseuerantiæ, postqm enim dixit Aug. cur
vni, ō alteri detr pseuerantia, inscrutabilia
ee judicia Dei addit, illud tn fidelib
ee dro certissimum hunc ee pdestinatum,
illum verò ō ee, nam si fuissent ex
nobis, mansissent vtiq; nobiscum, vnde
nihil aliud concluditr, qm illud, qd ab
æterno Deus decreuit certo futurum ee
et hunc ee pdestinatum, qui pseuerat
vsque in finem, illum verò ō ee —
pdestinatum, qui ō pseuerat; nec obstat
qd si ita Aug. sit illigendus, ō enim qd
tantopere miratus fuerit Aug. rdem
pdestinatis et pseuerantiæ, vt scribit
c. 9°. lib. de bono pseuerantiæ, et
dixerit, qd daret Deus pseuerantiam

quibdam filiis suis, si eent de illis pdestinatis, nil enim notius e, qm illos o ee pdestinatos ad gloriam, qui vsque in finem o pseuerant; hoc inquam, o obstat, licet enim, lib. de correp. et grae et ex lib. de bono pseuerantiae, vbi dicit eos, qui o pseuerant, exisse ex nobis, qa o erant ex nobis; licet, inquam, ex eo nihil aliud concludatr, qm praesciam et pdestinaoem Dei falli o poe, id e nihil aliud futurum e, qm qd Deus decreuit; tn caetera, quae ibidem docet Aug. mysteria st, quae tn o agnoscunt aduersarii, npe cur ex duob fidelib et his hoib vnus accipiat pseuerantiae donum, alter verò o accipiat, ac si res altius repetatr, certè magnum est mysterium, qd aliquis eligatr ad vocaoem scdum propositum et ad pseuerantiam prae alio, qui ita o eligitr; neq; etiam inutiliter dr, qd daret Deus pseuerantiam quibdam filiis suis, si de illis eent pdestinatis. hinc enim patet Deum poe dare pseuerantiam, qa potuit pdestinare etiam eos, qui o pseuerant, neq; st pdestinati, et ex eo magis elucet Dei bonitas circa eos, qui scdum ppositum vocati st, et quib paratum e donum pseuerantiae.

Rondeo 2o. ex verbis citatis ex c. 7o. lib. de bono pseuerantiae, qd si rao illa

~~[illegible]~~

reddatr, cur aliquib detr, atq; etiam præparata sit pseuerantia, npe, qa st pdestinati, per pdestinatos dt illiqi vocati scdum ppositum ad graam, quæ efficaciter pducit ad vitam æternam, o vero per pdestinatos dnt illiqi electi ad gloriam qmqm ii, qui scdum propositum st vocati, sint quoq; electi ad gloriam; electio ad gloriam fit ex præuisione pseuerantiæ; sed pseuerantia o est ex meritis, illa enim donum Dei speciale; go electio ad gloriam o e ex præuisis meritis.

dist. maj. electio ad gloriam ex præuisione pseuerantiæ, qtnus ad gloriam o eligitr, nisi qui accepturus e donum pseuerantiæ, C. electi verò ad gloriam fit ex solius pseueratiæ præuisione, et sine vlla præuisione meritorum, quorum pseuerantia e consummao, R. nam certè in ipsa executione temporali gloria meritis retribuitr, qmqm donum pseuerantiæ gratis detr.

obji. S.tus prosper, epta ad Aug. scribit errorem semipelagianorum, quem Aug. confutandum tradiderat, et exponit in eo

situm eo, qd dicerent deum præsciuisse ab æterno, et qd æstimasse in regnum suum eos, quos gratis vocatos dignos futura electioe, vt de hac vita bono fine excessuros præuideret; sed hoc ipsum, qd dicimus hoes vocati gratis et ex meritis coronati, qd pdestinao ad graam vocantem fit gratis ac sine meritis, pdestinao autem ad gloriam ex præuisis futuris meritis; go videmur consentire errori semipelagianorum, vel certe simul cum illis aduersamur stis Aug et prospero.

Rondeo stum prosperum totam semip. doctrinam retexere voluisse; at verò stum Aug. tum in lib. de pdestinaoe storum tum de bono pseuerantiæ ex tota illa semip. doctrina nihil aliud refutasse, qm semip. asserebant pdestinaoem supponere præuisum aliqd salutis initium ex nobis, o autem eos reprobasse, qd dicerent deum pdestinasse ad gloriam seu regnum, quos per merita graæ dignos electioe ad gloriam futuros præuiderat.

cur, go, semip. gratis vocatos appellabant eos, quos sine graæ fidem hre existimabant?

Rondeo hanc eo raoem, quia credebant semip. paruos illos conatus lib. arb. graam præcedentes o impedire, quominus gratis vocati dicerentr; ita enim scribit cassianus semipelagianus collaoe 17.a c. 13.o deus graam sub colore cujusdam desiderii et laboris impertitr, et etenim graæ dei gratuita pseuerat, dum exiguis conatib

ttam immortalitatis gloriam tta perennis beatitudinis bono inestimabili tribuit largitate; item lib. 12º cœnobiorum c. 1º et 13º sic ait, dicimus scdum grãam saluatoris dari quidem petentib, et aperiri pulsantib, sed petitionem nostram et pulsationem ō ee condignam, nisi mia Dei id qd petimus, dederit præsto ē Deus, namq; occasione bonæ voltis a nobis oblata, ad hæc oia conferenda inuitatr; ex his autem colligitr, saltem ex cassiano initium aliqd salutis grãam præcedere, qd tn ipse ō appellabat meritum pprium seu condignum, sed quamdam occasionem ttum infert, tn vbiq; Stus Aug. ex illo initio salutis semel admisso ex nobis grãam, quæ sequitr ō fore amplius grãam, qa illa vtcumq; eet ex nobis; itaq; vt ad propositum rondeamus; Semipelaq. admittebant gratis vocatos, eos qui poterant ex se credere aut velle credere sine grãa, ita vt tn deinceps fides eet per grãam juuanda; nulla verò inde sequitr concordia semip. cum catholicis qui ~~[illegible]~~ electionem ad gloriam docent quidem ex præuisis meritis grãæ, ō verò, vt asserebant semip. ex præuisis fidei operib vel desideriis et conatib lib. arbitrii grãam antecedentib, et per illam deinceps juuandis.

obji. pdestinao christi ad vnionem hypostaticam ē exemplar nostræ pdestinaois, go sicut pdestinao huaitatis christi ad

vnionem hypostaticam ō fuit ex p̄uisis meritis ex grāa profectis, ita nec p̄destinaō ē ex prœuisis meritis grāam secuturis.

dist. ant. p̄destinaō hūaitatis christi ad vnionem hypostaticam ē exemplar nostræ p̄destinaōis ad grāam, hoc tm̄ qd vtraq; sit ante prœuisa merita, vt exponit Aug. lib. de p̄destinaōe Sctorum c. 15. C. est autem exemplar electiōis nostræ ad gloriam, qtnus ō glorificamur, nisi fiamus conformes imagini filii Dei, iterum Conc. quasi verò nostra electio ad gloriam ō magis supponat prœuisa merita grāæ, qm p̄destinaō hūaitatis ad vnionem hypostaticam, quæ quidem hūaitas nunquam suæ vnioni hypostaticæ prœexistit, N. vt constat ex dictis supra.

obji. finis licet posterior in executione prior tn̄ ē in intentione, puta prius volitus ē finis, qm̄ media etiam volitione efficaci; sed vita æterna ē finis, ad quem ordinantr grāæ, tqm̄ media, qō prius ē aliquo raōis signo Deum p̄destinasse ad gloriam, qm̄ ad merita, quæ grāam consequantr, et qm̄ ad ipsam grāam, quæ ē ppium meritorum

dist. maj. finis prior ē in intentione seu prius efficaciter intenditr, qm̄ media, si habeat raōem finis simpliciter, C. si sit ō tm̄ finis, sed etiam, tqm̄ præmium intendatr, N., nam qd intenditr alteri, tqm̄ merces efficaciter ō intenditr, nisi sub additione meritorum, V. g. dum militi muros obsessæ ciuitatis conscensuro rex

decernit præmium, certè prius vult militem muros conscendere, qm illi præmium dare; pater familias prius vult laborem operariorum in vinea, qm denarium illis pro labore retribuere: at verò vt supra ostendimus, vita æterna tqm merces proponitr et præparatr a Deo; go etiam in intentione prius supponit præuisionem meritorum, hac solutione vti cognoscentr, qui existimant Angelorum electionem ad gloriam factam ee præuisis meritis, qmuis aliter sentiant de electione houm, et si forte vt illi volunt alia raoe procuratum fuerit Angelis meritum, qm hoib in statu naæ lapsæ; tam enim, qm Angelus meretr gloriam, sicq; gloria retribuitr hoi, tqm merces, qd ni gr illis sicut et angelis præparata fuit gloria tqm præmium ex præuisione meritorum graæ, quæ dona dei appellantr, qa oriuntr ex graa.

concludamus itaq; cum sto fulg. in epil. lib. de incar. et graa Deum o aliter pfecisse in opere, qm in scia sempiterna et incommutabili volte habuit dispositum, ac proinde gloriam ab æterno ex præuisione meritorum graæ fuisse hoib præparatam, sicut et in tempore merentib confertr

caput 5um

De Effectib pdestinationis

quæritr hic quinam sint effus pdestinaois

seu qd confertr pdestinatis vi illius decreti efficacis, quo Deus hoes pdestinando eruit ex massa perditionis, et eligit ad gloriam, sicq; pdestinao, de qua hic e sermo e adæquata pdestinao, quæ præparationem æternam graæ et gloriæ includit, at verò per pdestinaoem ad gloriam o illigitr in hoc capite quæcumq; graæ præparao, sed ea tlum, vi cujus actuis pdestinatus gloriam æternam consequitr, certum enim e reprobum ad aliqm graam poe pdestinari, sed qa vi talis graæ o obtinet regnum cælorum, ideo voltas Dei æternaru talis graæ dr tlum pdestinao sedum qd, et discretio sedum qd a massa perditionis.

vt autem aliqd annumeretr inter effus pdestinaois, tres condioes requiruntr pstertim si agitr de pdestinaoe houm; 1.a est vt illud fiat effective a Deo. 2.a vt detr intuitu meritorum christi, juxta illud ephes. 1.o pdestinavit nos per s. c. 3.a vt illud sit gloriæ ipsæ, aut id ex quo sequitr gloriæ vi intentionis efficacis circa gloriam pdestinatis retribuendam.

deniq; duplex e pdestinao, npe ad gloriam et ad graam, duplex etiam assignatr effus pdestinaois, sc graæ et gloriæ; verum qa duplex e graæ, altera 1.a et actualis, qua vocamur; altera habitualis, qua justificamur; hinc fit,

vt duplex sit effus pdestinaois ad graam, npe justificao et glorificao, et sic totalis pdestinationes effus tres assignantr, sc vocao, glorificao et justificao, juxta illud Rom. 9o quos pdestinauit, hos vocauit, quos vocauit, hos justificauit, quos justificauit, hos glorificauit; sed de his postea data occasione agendo de donis naalib, quæ o nunqm multum conferunt ad bene viuendum, et per consequens ad beatitudinem obtinendam.

1a ppoo

gloria æterna e effus pdestinaois

ppoo aduersatr Durando, qui in 1um dist. 41a quæst. 2a num. 1o affirmat beatitudinem o ee effum, sed finem potius pdestinaois.

pbr ppoo 1o ex Aplo Rom. 1o quos pdestinauit &, qua voce, glorificauit, illigit beatitudinem, vt exponunt SS. pp. orig. in hunc locum, Aug. lib. de pdestinaoe storum c. 1o et serm. 17o de verbis Apli; item fulg. lib. 1o ad monimum c. 2o.

pbr 2o raoe, qa vita æterna ht oes condioes requisitas ad effum pdestinaois; 1o enim e a Deo, tqm a caa efficiente; deinde gloria ex meritis christi confertr hoi pdestinato, juxta illud Scripturæ, qui benedixit nos oi benedictione spiritali in cælestib in christo jesu; deinde o modo est id vnde sequitr gloria, sed e ipsa gloria consecutio.

Dices 1º Theod. chrys. theophilactus, item ab hier. et Amb. commentarii scripti exponunt verba Apti citata ex Rom. 8 de glorificaõe beatorum in patria, sed de glorificaõe storum apud hoc; gõ ex verbis — Apti inefficaciter pbr nostra ppoõ.

Rondeo SS. pp. in ppoõ citatos exponere verba Apti de gloria eterna, gd quidem — nobis sufficit, maximè, gõ hõc interpretaõ coiter recepta, tqm pbabilior. addo plures eõ poõ scripturestus, sicq; vnam expoõem alteri õ officere.

Dices 2º gloria eterna e finis — pdestinaõis, gõ õ e effus illius.

dist. ant. gloria eterna e finis aliorum effuum pdestinaõis, npe greagum, quæ tqm medio ad gloriam obtinendam ordinantr, C. e finis pdestinaõis dõ entitatiuè sumpte vel etiam pdestinaõis, prout ad gloriam — tnatr, N. nam vt sit gloria ipsa e effus — pdestinaõis, õ autem finis.

2ª ppoõ

vocaõ et justificaõ seu graõ actualis vocans et excitans, item graõ habitualis seu sanctificans st effus pdestinaõis.

pbr, tum qõ ex Rom. 1º quos pdestinauit, R. tum qa ex Aug. pdestinaõ e preparatio — beneficiorum Dei, quib certissimè liberantr, quicumq; liberantr, item alibi pdestinaõ e graõ preparaõ; 1º qõ vocaõ et justificaõ graõ st effus pdestinaõis; tum denigq; qõ pdestinaõ ex S. Th. e transmissio creaõ

raalis in vitam æternam; sed pdestinatus, si sit adultus, de quo hic sermo, transmittitr in vitam æternam, postqm conuersione voltaria justificatus est, conuersio autem a graæ et ab ipsa ducit initium, et ab ea profertr, juxta illud conuerte nos, dne, et conuertemur, item graæ sanctificans e tnus conuersionis ad deum, sicut et ipsa conuersio e effus pdestinaois.

noe autem vocaois signantr oes graæ actuales, quæ præcedunt justificaoem siue sint exterius sonantes, siue interius mouentes; noe verò justificaois signantr graæ siue actuales, siue habituales, quæ justificaoem foaliter tribuunt aut illam consequuntur sic enim fulg. lib. 1º ad monimum, oia vocationis nostræ initia, justificaois argta et glorificaois præmia in pdestinaoe semper habuit Deus, nam et in vocaoe, justificaoe et glorificaoe opera storum suæ graæ futura præsciuit; sic Aug. docet Deum pdestinasse quemcumq; qui facturus erat, cum go istas graas vocantes et justificantes conseruat, eas quoq; pdestinauit, sicq; oes graæ siue reproborum siue electorum st effus pdestinaois, in reprobis quidem pdestinaois sedum qd, in stis verò simpliciter.

quæres quænam justificao et vocao sit effus pdestinaois simpliciter, an ea sola, quæ peccato o interrumpitr, sed efficaciter pducit ad gloriam; an verò etiam ea, quæ a peccato interrumpitr.

Rondeo 1º per vocaoem et justificaoem

quæ in perpetuum a peccato interrumpitr id ē quæ per pœnam ō renouatr ō ee effum veræ pdestinaois seu electiois ad gloriam et graam scdum ppositum, sed ttum illam ee effum prouidiæ, quæ se extendit coiter tam ad reprobos, qm ad pdestinatos, juxta illud multi vocati, pauci verò electi. vnde ex Sto Aug. qui sic vocantr, vt ad regnum ō perueniant, ō st vocati scdum ppositum et rao ē, qa tales graæ ō pdueunt ad vitam æternam, ac proinde ō pount pertinere ad pdestinaoem simpliciter seu pprie dictam.

Rondeo 2o. vocaoem et justificaoem, quæ in pdestinatis scdum ppositum peccato interrumpitr, si reuiuiscat sicut et merita poe conjungi cum gloria, ac proinde dici effum pdestinaois, mxe cum specialis gradus gloriæ rondeat meritis per peccatum interruptis, ac dono pseuerantiæ restitutis ac proinde etiam gratiis, ex quib talia merita processerunt, graæ tn illæ per peccatum interruptæ præcisa per sequentem conuersionem reuiuiscentia dici ō poent effus pdestinaois simpliciter, sed ttum pdestinaois scdum qd seu prouidiæ, quæ coiter ad reprobos se extendit.

3.a ppoo

Bona naalia, puta creao, bona indoles, recta educao, sanitas, diuitiæ, eiusdem gen. per se spectata ō st effus pdestinaois; pount tn ee, et st aliqdo ex speciali ordinaoe Dei effus pdestinaois.

pbr 1a pars, tum qa pdicta bona per se
st ttum ordinis naalis, sicqi ex naa sua ad
vitam, vt pote supernaalem, o ordinantr;
tum qa multiis tis bonis abutuntr, et reprobis
vt plurimum illa conceduntr vberius.

pbr 2a pars, qa illa bona sæpè aliquos
juuant ad assequendam gloriam, item ex
meritis christi aliqdo conceduntr, puta cum
piis præcib impetrantr filii, qui sublatis
precib nunqm extitissent, qdqd autem petendo
obtinetr, illud impetramus ex meritis christi, o
e enim aliud noen sub cælo datum, in quo
oporteat nos saluos fieri, vt scribitr actuum 4o.

cæterum qd diximus de donis naalib
illiqi dt de bonis fortunæ, aliisqi similib
ppter easdem raoes, item de calamitatib
et afflictioib solet Deus justos pbare, tqm
aurum pbr igne, sicut stum job pbauit, item
de ipsa mente sapiæ 4o raptus e, ne
malitia mutaret illectum ejus. phil. 2o vobis
donatum e pro christo o solum, vt in ea
credatis, sed etiam vt pro ipsa patiamini.

4a ppoo

neqi peccatum, neqi pmissio peccati
st effus pdestinaois ppriè dictæ.

1a pars ppoois e euidens, tum ex conc.
arausicano 2o tum ex ss. pp. Aug. psertim et
fulg. docentib peccatum a Deo o fieri, et ppterea
præsciri quidem, sed o pdestinari; deinde
peccatum o e ex meritis christi, nam vi
meritorum christi deletr potius; nec deniqi
juuat ad gloriam consequendam, imo illi opponitr
cum sit priuao graæ sanctificantis, in qua

tqm in semine continetr vita aeterna, o nego tn Deum aliqdo accipere occasionem bona majora electis conferendi, qa, vt recte monet Aug. aliqdo post peccatum hoes cautiores, diligentiores, feruentiores et humiliores fiunt; item lib. 14o de ciuitate Dei c. 15o scribit Aug. audio dre superbis ee vtile credere in aliqd apertum manifestumq; peccatum, vnde sibi displiceant, qui jam sibi placendo ceciderant.

pbr 2a pars, quae e de pmissione peccati tumqa ex Sto Aug. pdestinao e praeparao grae et beneficiorum Dei: sed pmissio peccati o e beneficium Dei, imo negao beneficii, siquidem e substractio grae, quae dari poet, aut daretr, vt hoo o peccaret; tumqa pmissio peccati o ducit ad vitam alienam, imò abducit, infert enim peccatum, qd cum priuet gloria sanctificante, consequenter excludit a gloria; tumqa effus pdestinaois peti pt et sperari a Deo: at verò nemo dixerit pmissionem peccati a Deo sperari et peti poe; tum deniq; qa pmissio peccati o e fructus christi meritorum intuitu, quorum hoes pdestinantr, o enim ideo christus mortuus e, vt sineret hoes in peccatum incidere, sed potius vt eos a peccato liberaret, nec obstat qd in eo differat peccatum a pmissionem peccati, qd Deus e caa pmissionis peccati, o autem ipsius peccati, quo circa videatr pmissio peccati, cum sit a Deo, ee poe effus pdestinaois, cum alioqui peccatum, qd Deus ipse o facit, proinde o poit pdestinari;

hoc, inquam, ō obstat, qa licet aliqd fiat a Deo, ō tn id sufficit, vt sit effus pdestinaois, nisi sit aliqd beneficium Dei, cujusmodi ō ē pmissio peccati, etsi inde accidat, vt peccator humilietr et cautior euadat, sicut etiam ex peccato capit occasionem humiliandi peccatorem et ex consideraoe peccati a perseuerantiam illum pducendi, nisi, inquam, id qd a Deo efficitr sit aliqd Dei beneficium ō pt ee effus pdestinaois, quæ dtr præparatio graæ et beneficium Dei; pmissio autem peccati ō ē beneficium Dei, qo &.

Caput 6um
De reprobatione
Artus 1us
qd sit repbao et an illa sit ex puisis demeritis?

repbao nil aliud ē, qm aliqua rejectio impborum, illa autem vel ē rejectio a gloria, vt sic opponitr electioi ad gloriam, vel ē rejectio a graa, et sic opponitr electioi ad graam; cum autem pdestinao hois ad graam sit præparao beneficiorum Dei, quib liberantr pdestinati idcirco supponit peccatum originale, a quo liberamur per graam in statu naæ lapsæ; ita repbao opposita pdestinaoi ad gloriam ē exclusio a graa liberante, nam

si quis graam o obsequitr ob solum peccatum originis, & detinetr in massa pditionis, sicut infantes, qui sine baptismo decedunt, vel ob peccata actualia justè priuantr qbus grais actualib.

quæstio itaq; hic mouetr de sola exclusione a gloria, vtrum sc illa supponat præuisa merita adultorum; circa qd plures st sententiæ; alii enim, puta caluinus dicunt Deum pro nutu suo et volto aliquos hoes absq; præuisis meritis exclusisse a gloria, et ex ea intentione oes ad peccatum impellere; alii dicunt quidem nullum ad pœnam absq; demeritis destinasse, aliquos tn efficacissime rpbasse nondum præuisis demeritis eorum; alii volunt Deum ante præuisa demerita o quidem positiuè hoes exclusos fuisse a gloria ante præuisa demerita, ii npe, qui dicunt hoes ad gloriam eligi ex præuisis meritis.

certum e verò 1.º nullum ad pœnas ~~at~~ pdestinari ante oem peccati præuisionem, nam vbiq; script. docent pdestinaoem houm ee illis adscribendam, o autem & Deo; juxta illud oseæ 13.º proditio tua ex te israel; sic quoq; declarant conc. valentinu 3.um fidenter fatemur in damnaoe impioru meritum malum præcedere justum Dei judicium; ita docent ss. pp. Aug. prosp. fulg. qui passim docent hoes ad culpam o ee pdestinatos, qa Deus facit, quæ pdestinat, o autem facit peccatum. 2.º hoes quidem pdestinari a Deo ad pœnam, sed vel ppter

peccatum originis, ex quo conflatr massa perditionis, vel ppter peccata actualia, quæ hoes superaddant, peccata originis admittunt vel committunt post remissum peccatum originis.

certum ē quoq; infantes, qui decedunt sine baptismo ee exclusos a gloria ppter peccatum originis, cum enim illi nascantr in peccato originis, et in illo decedentes damnentr ob peccatum originis, excluduntr a gloria, qa nulla habuerunt peccata actualia, neq; pount censeri damnati ppter peccata actualia quæ habuissent, si diu vixissent, qa npe Deus ō punit peccata, quæ ō fuerunt.

quæstio itaq; instituitr de solis repbis adultis, vtrum post præuisa demerita fuerunt ō ttum ad pœnas pdestinati, sed etiam a gloria exclusi, nam qd spectat ad infantes sine baptismo decedentes, ō video, quomodo ante præuisum peccatum originis fuerint rpbati, Stus enim Aug. docet eos tum gratiæ, tum regno priuatos ee sedum justum Dei judicium pœnam inferentis ppter peccatum originis.

1ª ppoo

adulti ante præuisum peccatum orig. et peccata actualia, in quib moriuntr, ō st exclusi a gloria positiue, sed ttum post præuisa ejusmodi peccata.

pbr 1º ex script. sac. ō modo caam inflictiois pœnæ, sed etiam exclusionis ad gloriâ refundentib in peccata actualia impiorum, puta 2ª cor. 3º apoc. 18º math. 25º discedite a me maledicti in ignem æternum, qui paratus ē diabolo et Angelis

ejus, esuriui enim et ō dedisti mihi manducare, vbi tria notanda st, 1um e, qō omissio actus mia ō modo dr caa, cur eant maledicti in ignem æternum, sed etiam cur paratus sit diabolo et Angelis, id e hoib malis, qui dnr Angels diaboli. 2o. per ignem æternum illigitr quælibet damnatorum pœna. 3o. e per illa verba discedite &, illigi dre exclusionem a gloria positiua, sicut per hæc verba, venite benedicti patris mei, &, illigitr retributio gloriæ.

cum gō rao cur dicatr repbis discedite a me, sit inhumanitas seu immia, et hæ rao sit caao ttum cur in tempore fiat illa exclusio, sed etiam cur ab æterno sit illis præparata, qui immisericordes fuerunt, ideo positiuè ō repbantr adulti, nisi post præuisa pecceata.

pbr 2o. ex conc. valentino 3o. fideliter fatemur in damnaoe impiorum malum præcedere justum judicium, vbi per damnaoem illigitr ō ttum inflexionem pœnæ, sed etiam exclusio a gloria, qa ō e aliter judicium de temporanea exclusione, ac de æterna intentione circa gloriam, aut exclusione a gloria, ac proinde cum meritum malum præcedat damnaoem in tempore, illud quoq; meritum malum prout præuisum præcedit exclusionem a gloria ex pdestinaoe Dei. 3o. ex istis patrib relatis, vbi egimus de electioe ad gloriam, si enim hanc admittunt ex præuisis demeritis, quæ graa dedit, ita quoq; repbaoem ex præuisis demeritis admittunt: item ex Aug. lib. 3o. contra

julianum c. 18º bonus ē Deus, justus ē Deus, pt sine bonis meritis liberare, qa bonus; ō pt sine meritis malis damnare, qa justus; et epta 16ª, quamqm immeritum et nulli obnoxium peccato, si Deus creditr damnare, alienus ab iniquitate ō creditr, prospero vt nascantr hoēs, condiōis beneficium ē; vt pereant, ē meritum præuaricaōis.

pbr 3º denigi raōe, tum qa si repbao positiua antecederet præuisa peccata, in quib moritr repbus, disgenda eet in Deo duplex voltas circa exclusionem a gloria; vna reprobans, et alia exequens, sicut in opinione eorum, qui volunt electiōem ad gloriam antecedere præuisa merita, pdestinaō alia exequens; sicut qo pdestinans voltas, prout distincta ab exequente; tum qa vel exclusio a gloria positiuè decernitr reprobo ante præuisa demerita, tqm pæna, vel ō; si tqm pæna, certe supponit peccatum, si ō tqm pæna, quære, vnde colligatr sic decretam fuisse damnaōem maximè cum script. sac. quoties illius damnaōis meminit, insinuet illam ēē maximam pænam; tum qa si Deus ante præuisa demerita excluderet a gloria, credibile ē ipsum plures ad gloriam electurum, qm ad damnaōem, nam miseraōes ejus super ōia opera ejus, psal. 144º et vt ait tertulianus, Deus de suo bonus ē; et tn st plures infideles et hæretici, qm orthodoxi, inter orthodoxos vero maxima pars perit, lata enim via, quæ ducit ad pdestinaōem, angusta et arcta, quæ ducit ad vitam, et pauci inueniunt eam.

2ª ppoo

ō st etiam adulti negatiuè a gloria exclusi ante præuisa demerita.

pbr, qa, vt supra docuimus, ante præuisa merita Deus ō decernit positiuè ad gloriam, ac proinde nequidem excludit negatiuè aliquos a gloria, qa dnr aliqui excludi a gloria, qtnus aliqui dnr electi ad gloriam, aliis autem ō electis aut rejectis; tum qa soli ii soleant ee electi, qui positiuè ante merita fuissent electi, certe perinde eet, qd alii eent rpbati positiuè vel negtie ante demerita, nam æquè certum eet eos damnandos ee, qui ō fuerint ad gloriam electi, seu negatiue ab ea fuerint rejecti, qm eos qui positiuè ab ea fuerint electi.

Objectiones

Obji. ex Rom. 9º cum nondum nati fuissent aut aliqd boni egissent aut mali, dictum ē ō ex operib, sed ex vocante, qa major seruiet minori, sicut scriptum ē, jacob dilexi, esau autem odio habui; et ibidem, ō ē volentis, neq; currentis, sed miserentis Dei; qd ante præuisa demerita Deus aliquos excludit a gloria.

Rondeo hæc testimonia illiqi de pdestinaoe ad graam, item de electione ipsius jacob supra fratrem suum esau, tum quoad spiritalia bona, tum quoad temporalia, ō autem de electione ad gloriam, nec proinde de positiua exclusione esau a gloria ante præuisa demerita.

Obji. Rom. 9º et exodi 9º in hoc ipsum excitaui te, te pharaonem, vt ostenderem

in te virtutem; quib verbis constat Deum puniuisse peccatum pharaonis, vt ostenderet poam suam, ac proinde Deum etiam aliquos rpbare duntaxat, vt miam suam circa electos manifestaret.

Rondeo ttum verborum pdictorum ee, qd Deus voluerit quidem virtutem suam et poam suam ostendere in pharaone, sed ex intentione secundaria, qua npe graa Dei, et monitione ipsius moysis abusus vel abusurus erat; nam ex intentione 1aria etiam in ipso pharaone Deus ostendit miam suam, eum ad pœnitentiam ore prophetico et prodigiis adducendo.

Obji. Sap. 12°. sic de deo loquitr scrip. cum sit justus, juste oia disponit, ipsum quoq; qui o dt puniri condemnat, et exterum æstinat a sua virtute; go Deus punit sine meritis, saltem pœna damni, seu excludit a gloria.

Rondeo in vulgata editione aliter legi, npe hoc modo, ipsum quoq; qui o dt puniri condemnat, exterum æstimat a sua virtute, quomodo patitr hic locus difficultatem: et certè hæc lectio coit cum græco textu.

Obji. ex prou. 16°. vrsa ppter dnum operatus e dnus, impium quoq; ad diem malum, go &.

Dist. ant. impium Deus ppter semetipsum operatus e, id e ipsam impii substiam, quæ sedum naam suam o e mala, sed bona, C. id e impietatem ejus, N. Sic exponit illum locum Stus Aug. epla 116a.

Obji. Deus e abtutus crearum dnus, go

pœnas æternas pt illis infligere, etiam si nullum habeat peccatum.

dist. cons. pt illis infligere et decernere pœnas æternas absq; demeritis sub raõe doloris inferendi, Esto. sub raõe pœnæ, quæ semper culpam supponit, N.

ex dictis colligi pt idem oio sentiendum eo de repbaõe Angelorum malorum ac de rpbaõe houm malorum, nisi qd, cum boni Angeli graam quidem receperint, o tn acceperunt liberantem, qa nunqm fuerunt sub seruitute peccati, sed solius justitiæ serui; ita mali Angeli o fuerunt ob peccatum orig. rpbati; sed ttum ppter peccata actualia, nam in ortu suo justitiam acceperunt, qm ppriæ voltate amiserunt.

artus 2us

De effib rpbationis

Sicut effus pdestinaõis e id qd Deus facit circa pdestinatos, quos ad gloriam elegit; ita effus rpbaõis e id qd Deus efficit circa repbos vi decreti efficacis, quo illos a gloria exclusit; cum vero repbus o excludatr a gloria, prius qm vel peccatum orig. contraxerit, vel actuale commiserit, imo qm in alterutro pseuerauerit usq; in finem; quæritr an peccatum orig. vel actuale, vel etiam peccati pmissio, quæ consistit in aliqua substractiõe graæ vel sufficientis vel efficacis, aut etiam obduraõ vel excæcaõ usq; in finem; deniq; vtrum ipsa exclusio a gloria et pœnæ æternæ inflictio sit effectus reprobationis?

1ª ppoo

peccatum o e pprie dictus effus repbaois.

pbr, qa vt patet ex supradictis nil est pprie effus repbaois, sicuti nec pdestinaois, nisi qd efficitr a Deo ex vi et intentione excludendi hoes a gloria: sed peccatum Deo tqm caae efficienti tribui o pt, vt docent SS. pp. et thi cum ecclesia catholica.

Dices. peccatum aliqd pt ee pœna alterius peccati ~~ante~~ præcedentis; qd autem ht raoem pœnæ, pt effici a Deo, o enim malum in ciuitate, qd o fecerit Deus.

dist. maj. peccatum pt ee pœna alterius peccati præcedentis, quasi Deus velit illud simpliciter, et per se velit in pœnam prioris peccati, N. deus enim nunqm vult peccatum: impprie autem et per aliud raoe se vel antecedentis substractiois graæ, vel sequentis priuaois graæ sancticantis, Esto. hinc qo ad summum inferri pt vel promissionem peccati vel dolorem animi, tqm peccati appendices, quæ peccatum sequuntr in pectore ee effus repbaois, qa efficiuntr a Deo et procurantr, o verò ipsum peccatum, cujus caae Deus ee o pt.

2ª ppoo

peccati siue orig. siue actualis pmissio siue obduraõ et excæcatio o st effus repbaois.

pbr tum qa o videntr ista ee aliqd positiuum, qd a Deo poit effici; sed ttum negaõ graæ, qua pertraherentr ad bonum. tum qa qd antecedit peccatum siue orig.

siue actuale ō ē cāa actualis repbaois; si enim peccatum supponatr ~~[illegible]~~ pænitentiæ deletum, nullatenus influit in repbaoem vel potius ab ea ō ē, tqm effus; tum qa grāa plerumq; nobis denegatr juxta illud, ō ē volentis neq; currentis, sed miserentis Dei: at verò repbao nobis vitio vertitr, qa Deus de nostro justus ē, id ē nostrorum scelerum vindex, ō tum qa Deus ō ideo videatr permittere peccatum in repbis, ut eos excludat a gloria, sed potius vel ne hois libertatem lædat, vel ut puniat peccata præcedentia; si verò per effum repbaois illigeretr id oo qd aliquatenus conducit ad repbaoem; hoc sto peccati pmissio dici poet effus repbaois, qa nullus repbatr, nisi qui labi in peccatum permittitr.

3ª cluo

exclusio actualis a gloria et deputao ad pænas æternas ē effus pprie dictus repbaois.

pbr, qa nihil aliud reperiri pt, qd sit effus repbaois; tum qa illa exclusio a gloria et deputao ad pænas æternas ē aliqd positiuum, qd Deus efficit circa repbaoem ex intentione efficaci illos excludendi a gloria æterna ppter præuisa demerita. tum deniq; qa ut dotes glori ~~[illegible]~~ ossi corporis et aa sint effus pdestinaois, ita dt positiua ~~[illegible]~~ exclusio a gloria et deputao ad pænas æterna ee effus rpbaois, par enim vtriusq; rao.

caput vlt.

in quo soluuntr plura dubia circa affectioes pdestinaois et repbaois.

quæritr 1º. vtrum pdestinaõ et repbaõ in pdestinatis et repbis tollant libertatem seu potestatem actiuam ad agendum vel õ agendum

Rondeo negᵘᵉ tum qa pdestinaõ et repbaõ nil includunt præter Dei præsciam et decretum; sed neq; decretum, neq; præsciæ Dei obstant nostræ libertati, vt dictum ẽ supra; tum qa actualis gloriæ consecutio in pdestinatis, et exclusio à gloria in repbis prouenit ex bono vel malo vsu, lib. arb., supponit enim merita vel demerita, quæ semper cum libertate conjunguntr; qo a pari æterna bonorum ad gloriam electio, et malorum a gloria rejectio, qa supponit præuisa merita vel demerita õ destruit libertatem. tum qa Deus nihil in tempore confert pdestinatis vel repbis vi pdestinaõis et repbaõis, qd eorum in agendo tollat libertatem; illud enim eet vel graa præueniens siue sufficiens siue efficax, vtraq; autem ttum trahit consensum, sicq; õ officit libertati, imo et si phcè promouerentr voltes ad agendum, vt aliis placet, ita suauiter Deus illud præstaret, vt qa nouit modum optimum conseruandæ libertatis etiam sic præmouendo, hoc ipso confirmaret libertatem agentium liberorum.

Dices, vel aliquis ẽ pdestinatus, vel õ. si pdestinatus, qdqd agit, saluabitr; si õ ẽ pdestinatus, contra; qa repbaõ et pdestinaõ salutis aut damnaõ necessitatem inferunt.

Rondeo in nostra sententia illud argtum nullam vim hre; si quis enim supponitr quoq; benè acturus, qa õ ẽ electio ad gloriam, nisi ex præuisis meritis; item si quis supponitr repbus, supponitr quoque malè acturus, qa repbaõ ẽ ex præuisis

demeritis, quocirca dico falsam ee illam ppoem, si quis pdestinatus e ad gloriam, qd qd agat sive boni sive mali, saluabitr; nam si bene o agat, o erit pdestinatus, pdestinao enim supponit futura merita, quae o st futura nisi aliqdo debeant extere; item nisi quis male agat, o erit repbus, qa repbao supponit praeuisa futura demerita.

Rondetr ab aliis, qd etiam si pdestinao antecederet praeuisa futura merita, o trinde consequitr pdestinatum fore saluandum sine meritis, qa Deus dat merita, quae possit remunerare; sicq; falsum e saluandum fore hoem, qd qd agat vel o agat, modo sit pdestinatus, qa enim pdestinatus, saluandus o. id circo in tempore habebit merita, qa nullus scit, an sit pdestinatus, nunc semper dt bene agere sub illa spe, qd sit pdestinatus, qa nouit neminem saluandum, nisi laborauerit, sive meritum in praescia antecedat, vel subsequatr pdestinaoem electi ad gloriam.

quaeritr 2o. vtrum pdestinao sit certa seu vtrum, qui e pdestinatus, infaillibiliter sit salutem consequuturus.

Rondeo certo et infaillibiliter saluandum ee, qui cumq; e pdestinatus ad gloriam, o tn nrio, nec sine meritis.

pbr ista ronsio ex 1ti joan. 6o. haec est voltas ejus qui misit me, vt oe qd dedit mihi o perdam ex eo vnum: item joan. 4o. oues meae vocem meam audiunt, et ego vitam aeternam de iis, et o peribunt in aeternum, et o rapiet quisqm de manu mea.

item ex S.to Aug. lib. 5.o contra julianum c. 4.o ex his, sc. pdestinatis, nemo perit, quacumq; ætate moriatr; absit enim, vt pdestinatus ad vitam sine sacramento mediatoris finire permittatr hanc vitam. item ex fulg. lib. 1.o ad monimum c. 12.o vbi contendit Aplus Rom. 8.o vti tempore præterito, hoc modo, quos pdestinauit, hos glorificauit, &c. quæcumq; promisit Deus, jam facta dicimus qa de ipsis faciendis dubitare o debemus.

quæritr 3.o vtrum pdestinati sint certi de sua pdestinaoe?

Rondeo poe aliquem extraordinaria graa fieri certum de sua pdestinaoe, nil enim impedit, quominus Deus illam manifestare poit, quib voluerit; certum e verò ordinariè o reuelari, ne ppter salutis severitatem nimis extollantr hoes aut bona opera negligant, idq; pbr ex scrip. eccles. 9.o nemo scit, vtrum odio an amore dignus sit, sed oia in futurum reseruantr dubia et incerta. prou. 28.o beatus hoo, qui semper e pauidus. Rom. 11.o in fide tta noli altum sapere, sed time. 1.a cor. 10.o qui se existimat stare, videat, ne cadat. item ex ss. pp. passim maximè Aug. lib. de correp. et graa c. 13.o quis ex multitudine fidelium, qdiu in hac mortalitate viuitr, in numero pdestinatorum se ee præsumat; hinc autem sequitr o ordinario, reuelari pdestinaoem, sed etiam nemini fuisse reuelatam. vnde qd Aplus scribit Rom. 8.o certus sum, qa neq; mors, neq; vita, neq; Angeli, nec principatus, nec qdqd aliud poet me seperare a charitate Dei; id dicebat, qa spe confidebat illud ee futurum,

ō quasi hac de re certus cēt certitudine ppria, quæ oēm excludit dubitaoēm.

quæritr 4º. vtrum pdestinatus poit damnari et repbus saluari?

Rondeo pdestinatum, vt supponitr pdestinatus damnari ō poe, nec reprobum, vt reprobus ē, poe saluari; si verò sumatr pro psona, quæ est pdestinata vel repbata, hanc saluari, illam damnari poe in stu diuiso, certum ē, qtnus absolutè potuit fieri, vt qui ex præuisis meritis pdestinatur ad gloriam, nulla merita præuideretr habiturus; item repbatus ex præuiso demerito, potuit præuideri merita habiturus, si npe adiutus grāa Dei ō peccaret.

quæritr deniq; vtrum sint plures repbi, qm pdestinati?

Rondeo 1º. si de Angelis agatr id ēe incertum, quamuis pbabile sit plures Angelos ad gloriam ēe electos, qm ab ea exclusos, juxta illud apocalipseos, vbi dr, 3ª pars stellarum periit et cecidit de cælo id ē Angelorum, ō qd forte in rigore 3ª pars, sed saltem mircor pars ceciderit.

Rondeo 2º. qd, si agatr de hoib, plures tr repbi, qm pdestinati, vt patet ex Sti math. 7º lata porta et spatiosa via ē, quæ ducit interitum, et multi tr, qui intrant per eam angusta porta et angusta via ē, quæ ducit ad vitam, et pauci tr, qui inueniunt eam math. 10º multi tr vocati, pauci verò electi item ex SS. pp. Aug. passim et chrys. homilia ad populum Antiochenum, qa certum ē plures ēe infideles et hæreticos, qm fideles, nullus enim infidelis aut hæreticus saluabitr; item inter catholicos multi tr repbi, qui sine sacramentis decedunt, aut iis abutuntur,

vnde licet dicat S.tus joan. in apocal. vidi turbam magnam, qm dinumerare nemo poterat, hoc illigitr quidem, ita vt magnus sit numerus electorum, si in se consideretr, paruus tn, si in comparaoe repborum.

Quæstio 24.a

De libro vitæ.

liber vitæ tripliciter sumitr; 1.o pro lib. scrip. sacræ, in quo continentr pmissiones vitæ æternæ et præcepta ad eam consequendam nria, vt scribitr eccles. 24.o his verbis, hæc oia liber vitæ et testamentum altissimi. 2.o metaphoricè sumitr pronotitia gestorum in hac vita, qm post mortem habebit quisq; in extremo judicio, sic sumitr apoc. 2.o et aperti st libri et alius apertus e, qui e liber vitæ, et judicati st mortui ex his, quæ erant scripta in libro scdum opera eorum, de hoc libro vide Aug. lib. 2.o de ciu. Dei, c. 4.o 3.o liber vitæ signat notitiam illam, qua Deus nouit ea, quæ pdestinauit, sic psal. 18.o apoc. 3.o et 20.o; qa verò duplex e vita, ~~æterna~~ vna graæ sanctificantis pro tempore præsenti, altera gloriæ pro futuro, sicut duplex e pdestinao ad gloriam et ad graam, ita duplex est liber vitæ, 1.us vitæ præsentis, scdum qm aliquis viuit in graæ certo tempore, sed tn a graæ excidit, et dr liber vitæ scdum qd aliuus e liber vitæ æternæ per gloriam, qm quis pseuerando in bono vsque in finem vitæ consequitr, et dr liber vitæ simpliciter;

est go liber vitæ aliquis veluti catalogus saluandorum, qui a pdestinaoe o disquuntr nisi qd pdestinao includit actum, tum illectus tum voltis; hic verò liber vitæ e actus solius illectus, isq; speculatiuus, supponens decretum quo electus ordinatr efficaciter ad vitam æternam; hic quæritr, an aliquis poit deleri de libro vitæ.

1.a ppoo

pt quis deleri de libro vitæ præparatoriæ, quæ e scdum præsentem justitiam in hac mortali vita.

ppoo e certa; nam ipsi electi ad vitam æternam admittunt aliqdo graam sanctificantem, quo ssu illiqi pt illud psal. 78.i deleantr de libro viuentium, et cum justis o scribantr, unde liber ille, cujus caracteres deleri pount, dr scriptus ttum foris et extrinsecè, et id circò dr liber vitæ scdum qd.

2.a ppoo

nemo ablutè pt deleri de libro vitæ, in quo continetr decretum Dei efficax de gloria quibdam retribuenda.

pbr, qa deleri simpliciter de libro vitæ e eum qui præscitus fuerat et pdestinatus a Deo, o amplius præsciri saluandum; scd hoc repugnat infaillibilitati, tum præsciæ Dei, tum voltis ejus efficacis; go &.

cur go, inquies, dr, deleantr de libro viuentium et eum bonis o scribantr.

Rondeo illa verba illiqi de libro vitæ scdum qd; vel si de libro vitæ spter juxta Aug. incitata verba psal. 78.i rondeo ttum ee, vt deleantr o quidem pprie et de libro vitæ,

qa nunqm scripti st in eo, sed ttum sedum spem
rpborum, qui cum damnati fuerint, spe salutis
excidunt; hic autem liber vitæ spter dr scriptus
intus et foris, cujus proinde caracteres deleri o
pount.

Dices. moses exod. 32°. orans pro populo israel.
sic loquitr Deo, aut dimitte illis noxam, aut
si o facis, dele me de libro, quem scripsisti:
atqui moses erat scriptus in libro vitæ spter, go &.

Rondent aliqui hic o illiqi librum vitæ,
sed librum, in quo gesta insignium virorum
descripta erant, fauetq; hylarius in psal.
78.um huic interpretaoi; rondent alii moisem
id dixisse aliqua ai perturbaoe commotum; sed
viro mansuetissimo injuriam faciunt.

Rondeo autem, qdqd sit de illo libro, si
illiqatr liber vitæ spter, o id mosem dixisse, qti
putaret aliqm in illo libro vitæ scriptum spter
poo deleri; sed ex magno affectu et charitate
erga populum israeliticum id protulisse ad
veniam ejusmodi populo concedendam Deum
inclinaret.

Dices. ex Rom. 9°. sic ait Aplus, optabam
ego anathema ee a christo pro fratrib meis; go
judicabat se poo deleri de libro vitæ.

Rondeo 1°. ex orig. et chrys. id optasse
Aplum ex magno affectu erga fratres suos, si
modo illud fieri potuisset absqi sua culpa, vnde
ex orig. id dicebat paulus ex deuotione ai, o
ex prauaricaoe.

Rondeo 2°. ex s.to hyer. in epta ad algatiam,
per anathema illiqi mortem corporalem,
aliasqi corporis calamitates, quas ppter
christum et pro salute fratrum optabat
Aplus sacrificare.

Quæstio 25ª.

De poâ Dei.

cum duplex sit poa, actiua sc et passiua nulla e difficultas de poa passiua, quæ cum inuoluat imperfectioem, a Deo remouetr; in ea autem admittitr poa actiua, quæ siue in ordine ad actus immanentes, siue ad effus externos nullam in suo conceptu foali dicit imperfectioem; vnde dr 1ª paralip. 29º in manu tua, dne, virtus et poa; his positis sit

propositio

videtr in Deo admittenda aliqua poa exæquens virtute distincta ab illectu et voltte Dei.

pbr, qa illectus et voltas st ppium remotum agendi ad extra, qm admodum enim videmus creas, quæ pollent cognioe, indigere nihilominus poa motrice, ad motum localem sibi procurandu; item virtute aliqua distincta ab illectu et voltte ad effus extrinsecos pducendos, sic de Deo dicimus in ipso requiri poam exæquentem ad illectu et voltte distinctam, vt operetr ad extra.

Dicet. Script. et ss. pp. actiones Dei extrinsecas refundunt ttum in illectum et voltem; psal. 77º oia quæcumq; voluit, fecit. psal. 148º ipse dixit et facta st; sic enim leo magnus serm. de natiuitate, Deus cujus naa bonitas, cujus voltas poa; qo o e nria alia poa distincta ab illectu et voltte.

Rondeo aliquos etiam ex aduersariis, qui vltro fateantr ex neutro illorum locorum efficiente qd qm colligi contra nostram ppoem. Et verò de quouis hoe recte dr ipsum ambulare, et qdo et vbi vult; ex eo qd ex

nutu voltis ipsius pendeat vis motrix, per qm dr ambulare, qo pariter velle dei dr in scrip. et apud ss. pp. ee ipsum poe Dei, qa quaecumq; vult, facilè exequitr per suam poam exequentem, quare voltas Dei, qmuis efficacissima o excludit poam exequentem, sed illam applicat ad libitum.

Caeterum poa Dei exequens e infinita sicut et alia ois pfectio Dei se extendit ad oia; o e enim impoibile apud Deum oe verbum; luc. 1.o c. vnde vt obseruat s.tus Th. si oipoa ad impoibilia se o extendit, o e defectus virtutis in Deo, quae e rei impoibilis, vnde rectius dr aliqd fieri o poe, qm Deus illud facere o poe; hoc tta dr Deus facere o poe, vt quae jam facta st, o sint facta; audacter loquar, inquit sanctus ~~Augustinus~~ hyeronimus, cum omnia possit Deus, non potest suscitare virginem post ruinam; Aug. contra faustum, capite 5.o lib. 26.i ridet quosdam dicentes, si oipotens e Deus, faciat, vt quae facta sunt, facta o fuerint; aitq; idem ee, ac si dicerent, si Deus est oipotens, faciat vt quae vera st, falsa sint; rao autem euidens e cur Deus o poit, vt qd factum e, infectum sit, e qa illud implicat manifestam contradictioem, vt per se patet.

qd spectat ad quaes. 26.am de beatitudine, tria quaerit s.tus Th. 1.o vtrum Deus sit beatus. —

2°. vtrum sit nostra beatitudo obtiua. 3°. per qm actioem illectus an voltis possideatr; Deum autem eo obtum nostræ beatitudinis, eamq; consistere in visione et amore Dei consummato tractant thi in 1a. 2æ., imò jam nemo e phorum qui illas difficultates o euoluat in ethicis; superē go, vt dicamus Deus eo beatissimum, qa sibi sufficientissimus e, oe bonum possidet, oem continet pfectioem, et ita e beatus, vt sui prossessione cæteros hoes beatos efficiat.

faxit Deus, vt illam beatitudinem consequamur.

Finis tractatus
De diuinis attributis
dictati a d.d. Guischard
regio professore et
regiæ nauarræ
summo
moderatore

BIBLIOTHEQUE DE L'UNIVERSITÉ DE FRANCE.

TRACTA
DE
ATTRIBV

BIBL.
DE
L'UNIVERSITÉ
MS.
716